

**5.** Spina rubens \* qua coronatur Dóminus, per cruoris exitum cœlum fecit perygium.

**Capitulum.** Cant. iii.

**E** Gredimini et videte, filiae Sion, regem Salomonem in diadema, quo coronavit illum mater sua, in die desponsationis illius, et in die laetitiae cordis ejus.

**Hymnus.**  
**A**Térne Rex altissime, Reddens coronas pérditas, Da Coronæ sanctissimæ Laudes proférre débitas. Corona Christi capitit Membra corónat hódie Honóribus exhibitis : Concórdet vox lætitiae. Sertum signat victóriam, Qua Christus mortem ex-pulit, Spinæ nostram misériam, Quam caput nostrum sústulit.

Vitæ corónam réperit Coróna mortis áxiæ : Quo mors soluta déperit, Datur triúmphus grátiae, Qui tanto diadema Nos honórat in stádio, Cum utriusque Pneúmate, Sit laus Patri cum Fílio. Amen.

**V.** Tuam corónam adorámus Dómine. **X.** Tuum

gloriósum recólimus triúmphum.

**Ad Bened.** **Aña.** Inter vepres Abrahæ demonstratus est áries hærens cónibus, in quo Christus figurabátur séntibus corónandus.

**Oratio.**

**P**Ræsta, quesumus omnipotens Deus : ut qui in memoriâ passiōnis Dómini nostri Jesu Christi Corónam ejus spíneam venerámur in tèrris, ab ipso glória et honore coronari mereámur in celis. Qui tecum vivit.

**Et fit Commem. Feriæ.**  
AD TERTIAM.

**Capit.** Egregimini et videte, ut supra.

**X.** br. Posuisti Dómine \*Corónam triumphalem. Posuisti. **V.** Super caput ejus. Corona. Glória Patri. Posuisti.

**V.** Tuam corónam adorámus Dómine. **X.** Tuum gloriósum recólimus triúmphum.

AD SEXTAM.

**Capitulum.** Apoc. vij.

**V** Idi, et ecce equus albus, et qui sedébat super illum, habébat arcum, et data est ei corona, et exiit vincens, ut vinceret.

**X.** br. Tuam corónam

\* Adorámus Dómine. Tuam. **V.** Tuum gloriósum recólimus triúmphum. Adorámus. Glória Patri. Tuam.

**V.** Fuit coróna spínea in cápite Jesu. **X.** Et diadema gloriæ.

AD NONAM.

**Capitulum.** Isaïæ xxvij.

**T**N die illa erit Dóminus exercituum corona gloriæ, et sertum exultatiōnis residuo populi sui.

**X.** br. Fuit coróna spínea \* In cápite Jesu. Fuit. **V.** Et diadema gloriæ. In cápite. Glória Patri. Fuit.

**V.** Posuisti Dómine corónam triumphalem.

**X.** Super caput ejus.

IN II. VESPERIS.

**Omnia ut in j. Vesperis.**

**Ad Magnif.** **Aña.** Arcam, mensam, et altare corona ambit áurea, et sculptura cinxit mare sacerdótum æneum, quæ nunc significant clare Christi diadema spíneum.

**Et fit Commem. Feriæ.**

FERIA VI.

POST DOM. IV. QUADRAG.

Pretios. Sanguinis

D. N. J. C.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

**Añæ de Laud.**, Psalmi ut in j. Vesp. de Comm. Apost.

**Capitulum.** Hebr. ix.

**R** Ratres : Tabernáculum et ómnia vasa ministérii sanguine aspersit Móyses; et ómnia pene in sanguine secundum legem mundántur, et sine sanguinis effusione non fit remissio.

**Hymnus.**

**M**aximus Redémptor orbis Morte vitam cónculit : Qui nec argento caduco,

Sed nec auro lábili, órporis tamen sacráti Nos redémit sanguine.

**M**itis Agnus immolátur

Omnium pro crímine : Ne quod arte fabricatum

Condítoris exstitit,

Durus hostis possidéret,

Qui malum suggésserat.

**M**agna præstat immolátus

Dux salútis ómnium;

Compleat excéssum, fidèles

Quem prophétæ dixerant :

Nostra tunc peccata solvit,

Nos tyranno liberans.

Misit infans carne scissus,  
Misit orans sanguinem :  
Misit et flagella passus,  
Orbe punctus spineo :  
Dum manus, pedes latusque  
Pandit, offert sanguinem.  
**L**aus, honor, virtus suprema  
Conditori machinæ,  
Quam Pater summus gubernat,  
Natus, atque Spíritus,  
Omnibus Deus coléndus  
Sæculorum sæculis.

Amen.

**V.** Redemisti nos Dómine. **R.** In sanguine tuo.

**A**d Magnificat, **A**ña. Sanguis Christi, qui per Spíritum sanctum semet ipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviendum Deo vivénti.

**O**ratio ut ad Laudes,  
Et fit Commem. Feria.

AD MATUTINUM.

**I**nvitat. Christum Dei Fílium, qui suo nos redemit sanguine, \* Venite adorémus.

**P**s. Venite, exsultémus.

**Hymnus.**

**S**Anguis olim victimarum,  
Quem vetus lex obtulit,

Fœderis novi sacratum  
Nuntiabat sanguinem :  
Quo redempti, sanctitatem  
Assequámur spíritus.  
Lex amoris postulabat  
Diferentem victimam,  
Offerens ubi sacerdos  
Eset idem victimam :  
Seque clemens immolaret  
In medélam criminum.  
**I**n crucem Redemptor  
actus,  
Nostra delet crímina :  
Quando pro salute mundi  
Ex sacrato corpore  
Uberes rivi cruoris  
Copiose prôfluent.  
Perforátur namque clavis,  
Et latus disrúmpitur :  
Unde sacramenta manant,  
Labe quæ nos ábluunt :  
Hinc caput nostræ salutis  
Confitérur sanguinem.  
**L**aus, honor, virtus suprema  
Conditori machinæ,  
Quam Pater summus gubernat,  
Natus, atque Spíritus,  
Omnibus Deus coléndus  
Sæculorum sæculis.

Amen.

In I. Nocturno.

**A**ña. Accipiens sanguinem Móyses, omnem pô-

pulum aspérsit, dicens : Hic sanguis testamenti, quod mandávit ad vos Deus.

**P**salmi trium Nocturnorum ut inter Festa pro aliquibus locis eadem Feria.

**A**ña. Quare rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

**A**ña. In sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.

**V.** Redemisti nos Dómine. **R.** In sanguine tuo.

De libro Exodi.

**L**ección j. Cap. xij.

**B**ixit Dóminus ad Móyes, et Aaron in terra Ægypti : Loquimini ad universum cœtum filiorum Israel, et dicte eis : Décima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias, et domos suas. Erit autem agnus absque mácula, másculus, annículus : juxta quem ritum tollétis et hœdum. Et servábitis eum usque ad quartadécimam diem mensis hujus : immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vésperam. Et sument de sanguine ejus, ac ponent

super utrūque postem, et in superlimináribus domórum, in quibus cōmēdent illum.

**R.** Gratificávit nos Deus in dilécto Filio suo, in quo habémus redemptiōrem, \* Per sanguinem ejus. **V.** Remissionem peccatorum secundum dívitias grátiae ejus, quæ superabundávit in nobis.

— Per sanguinem.

**L**ección ij.

**T**ransibo per terram Ægypti nocte illa, percutiāisque omne primogenitum in terra Ægypti ab homine usque ad pecus : et in cunctis diis Ægypti fáciam judicia, ego Dóminus. Erit autem sanguis vobis in signum in ædibus in quibus eritis : et vidébo sanguinem, et transibo vos : nec erit in vobis plaga dispérdens quando percússero terram Ægypti. Habébitis autem hunc diem in monuméntum : et celebrábitis eum solémnem Dómino in generationibus vestris cultu sempiterno.

**R.** Non corruptibilibus auro, vel argénto redempti estis de vana vestra conversatiōne paternæ traditionis : \* Sed pretiō-

so sanguine quasi agni  
immaculati Christi. **V.**  
Ex corde invicem diligite, renati non ex semine corruptibili. —  
Sed.

**Lectio iii.**

**V**OCAVIT autem Móyses omnes seniores filiorum Israel, et dixit ad eos: Ite tollentes animal per familias vestras, et immolaté Phase. Fasiculūmque hyssópi tinge in sanguine qui est in limine, et aspérge ite ex eo superliminare et utrūmque postem: nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ usque mane. Transibit enim Dóminus percútiens Āgyptios: cumque viderit sanguinem in superliminari et in utróque poste, transcéndet ostium domus, et non sinet percussórem ingredi domos vestras et lèdere.

**X.** Christus peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitiae vivamus: \* Cujus livore sa-nati estis. **V.** Eratis enim sicut oves errantes, sed convérsi estis nunc ad pastorem animarum vestrum. — Cujus. **Gloria Patri.** Cujus.

**In II. Nocturno.**

**Aña.** Justificati in sanguine Christi, salvi erimus ab ira per ipsum.

**Aña.** Prétio empti estis: nolite fieri servi hominum.

**Aña.** Dedit semetipsum Jesus Christus pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate.

**V.** Beati qui lavant stolas suas. **X.** In sanguine Agni.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

**Lectio iv.****Homilia ad Neophytes.**

**V**ULTIS sanguinis Christi audire virtutem? Redeamus ad ejus exemplum, et priorem typum recordemur, et pristinam scripturam narrémus. In Āgypto nocte media Āgyptii Deus plagam décimam minabatur, ut eorum primogenita depérerent, quia primogenitum ejus populum detinébant. Sed ne amata plebs Judæorum una cum illis periclitaretur, quia unus locus continébat univérsos, remédium discretiōnis inventum est. Proinde exemplum mirabile, ut discas in veritáte virtutem. Ira divinæ indigna-

tionis sperabatur, et dominos singulas mortifer circuībat. Quid igitur Móyses? Occidite, inquit, agnum anniculum, et sanguine ejus linite jānuas.

**X.** Ipse est caput corporis Ecclésiae: \* Ut sit in omnibus ipse primátum tenens. **V.** Quia complácuit per eum reconciliare ómnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt. — Ut sit.

**Lectio v.**

**Q**uid ais, Móyses? San-guis ovis rationálem hóminem liberare consuevit? Valde, inquit; non eo quod sanguis est, sed quia dominici sanguinis per eum demonstrátur exemplum. Nam sicut regnántium státuæ, quæ sine causa sunt et sermone, nonnumquam ad se confugiéntibus hominibus áнима et ratione decoratis subvenire consuevérunt, non quia sunt ære confectæ, sed quia rétinent imáginem principálē: ita et sanguis ille, qui irrationális fuit, áimas habéntes hómines liberauit, non quia sanguis fuit, sed quia hujus sán-

guinis ostendébat advén-tum.

**X.** Cum essétis aliquán-do alienati, et inimici sensu in opéribus malis:

\* Nunc reconciliávit vos Christus in corpore carnis suæ per mortem. **V.** Ut exhibéret vos sanctos et immaculatos, et irrepre-hensibles coram ipso. — Nunc.

**Lectio vi.**

**A**ngelus igitur ille va-stator cum límitos postes atque aditus pervidi-eret, transjécit gressus, et non est ausus intráre. Nunc ergo si viderit ini-micus non póstibus impó-situm sanguinem typi, sed fidélium ore lucéntem sanguinem veritatis, Christi templi póstibus dedi-cátum, multo magis se subtrahet. Si enim Ange-lus cessit exemplo, quanto magis terribitur inimicus, si ipsam perspèxerit ve-ritátem?

**X.** Dignus es, Dómine, accípere librum, et aperi-re signacula ejus: quóniam occisus es, et redemisti nos Deo. \* In sanguine tuo. **V.** Et fecisti nos Deo nostro regnum, et regnábimus super terram. — In sanguine. **Glo-ria Patri.** In.

## In III. Nocturno.

**Aña.** Vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi.

**Aña.** Habentes fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, accedamus in plenitudine fidei.

**Aña.** Vestitus erat ueste aspersa sanguine, et vocabatur nomen ejus Verbum Dei.

**V.** Dealbaverunt stolas suas in sanguine Agni.

**X.** Ideo sunt ante thronum Dei.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

**Lectio vii.** Cap. xix.

**I**N illo tempore : Sciens Jesus, quia omnia consummata sunt, ut summaretur Scriptura, dixit : Sitio. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

**Hom.** xl. et xlviij. in Matth.

**G**lōriam demonstrare admittitur, novam hanc mortem fuisse. Siquidem in potestate morientis erat, ne priusquam ipse vellet et omnia implita essent, moreretur. Ideo dicebat : Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum

sumendi eam. Sciens ergo omnia consummata ait : Sitio : etiam hoc verbo prophetiam implens. Tu autem astantium pravitatem intellige : nam licet innumeros habeamus inimicos, qui nos gravissime persecuti sint, cum tamen interimi eos videmus, flectimus misericordia : hi vero nihil moti, magis efferantur et irrident, acetumque in spongia porrigit, ut bibat tamquam reus : nam propter hoc hyssopum additur, quo gustato, mortuus est. Vides quam non perturbate, et quam potenter omnia transigentem.

**X.** Passus est Christus se ab iniquis comprehendi, et impias saevientium in se manus admisit : \* Ut ejus sanguis pretium posset credentium fieri.

**V.** Cohibuit in se potentiam deitatis, ut ad gloriam perveniret passio[n]is. — Ut.

**Lectio viii.**

**C**UM omnia consummata essent, inclinato capite tradidit spiritum; hoc est, exspiravit. Atquonon post inclinatum caput exspiratur, sed post expirationem caput in-

clinatur : hic autem contra accedit : per quod ostendit Evangelista eum esse omnium Dominum, Iudei autem camelum devorantes et cuniculam excolantes, tantum nefas ausi, de die consilant. Quoniam parascive erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato, rogarerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crucis. Vides quanti sit veritas : per ea que illi faciunt, prophetia impletur : alia enim ex hoc manifestata est. Venérunt ergo milites, et aliorum frege- runt crura, non Christi ; sed ad Iudeorum gratianam conciliandam latus ejus lancea aperuerunt, et mortuo adhuc insultant. O peccatum voluntatem ! O scelerissimum ! Nolit tamen perturbari, dilectissime : quae enim malillanim patrarent, veritati consentiebant ; prophetia enim hinc implita est, dicens : Videbunt, in quem transfixerunt.

**X.** Invitatur ad paradisi divitias populus christianus : \* Igneam enim illam rhomphaeum, qua vitae regio erat inclusa, sacer Christi sanguis extinxit. **V.** Cunctis rege-

neratis ad amissam patriam patefactus est reditus. — Igneam. Gloria Patri. Igneam.

**Lectio ix. de Homil. Feriae.**

Te Deum.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

**I.** Christum proposuit \* Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

**Ps.** Dominus regnavit. cum reliquis.

**2.** Jesus, ut sanctificaret\* per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

**3.** Sanguis Jesu Christi \* Filii Dei emundat nos ab omni peccato.

**4.** Venit per aquam\* et sanguinem Jesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua et sanguine.

**5.** Christus dilexit nos, \* et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

**Capitulum.** Hebr. ix.

**F**ratres : Tabernaculum et omnia vasa ministeriis sanguine aspergit Moses ; et omnia penit in sanguine secundum legem mundantur, et sine sanguinis effusione non fit remissio.

**Hymnus.**

**O** Celsus rerum Conditor,  
Salutis auctor omnium,

Tu nos sacrato sanguine  
Omni repurgas criminē.  
**N**os anguis ille cālidus  
Antiquushostisstráverat:  
Primum nitórem mén-  
tium

Caligo culpæ démpserat.  
Sacro tamen de corpore  
Summivalorissanguinem  
Fundis, Redémptor, áffa-  
tim,  
Omnémque labem díluis  
Repélle quidquid impro-  
bum

Intérra cordis ínficit;  
In nos refúnde, quæsu-  
mus,

Tui vigórem sanguinis.  
Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Fílio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Nunc et per omne sacer-  
lum. Amen.

**V**. Empti estis préto  
magnō. **X**. Sanguine  
Christi.

**Ad Bened. Aña.** Chri-  
stus non per sanguinem  
hircorum aut vitulorum,  
sed per próprium sanguinem  
introívit semel in  
sancta, æterna redem-  
ptiōne invénta.

**Oratio.**  
**O**Mnipotens sempitér-  
ne Deus, qui sán-  
guine Fílli tui plácarí et  
nos rédimi voluisti: con-  
cédé nobis, quæsumus,  
salútis nostræ prétiū

ita recólere; ut et nunc  
véniam, et in ætérnum  
glóriam conseguí valeá-  
mus. Per Dóminum.

**Et fit Comm. Feriæ.**

AD TERTIAM.

**Capit. ut supra in Laud.**

**X. br.** Dealbavérunt  
stolas suas\* In sanguine  
Agni. Dealbavérunt.

**V.** Ideo sunt ante thron-  
um Dei. In sanguine  
Agni. Glória Patri. Deal-  
bavérunt.

**V.** Empti estis préto  
magnō. **X.** Sanguine  
Christi.

AD SEXTAM.

**Capitulum. Hebr. ix.**

**S**I sanguis hircorum  
et taurorum inqui-  
nátossanctificatademun-  
datiōnem carnis: quanto  
magis sanguis Christi  
emundabít consciéntiam  
nostram ab opéribus mórt-  
uis, ad serviéndum Deo  
vivénti?

**X. br.** Empti estis \*Pré-  
tio magnō. Empti. **V.** Sán-  
guine Christi. Prétio. Gló-  
ria Patri. Empti.

**V.** Justificati in sán-  
guine ipsius. **X.** Salvi érimus  
ab ira per ipsum.

AD NONAM.

**Capitulum. Apoc. xij.**

**P**Rojectus est accusá-  
tor fratrū nostró-  
rum, et ipsi vicérunt

eum propter sanguinem  
Agni.

**X. br.** Justificati \* In  
sanguine ipsius. Justificá-  
ti. **V.** Salvi érimus ab ira  
per ipsum. In. Glória Pa-  
tri. Justificati.

**V.** Christus lavit nos a  
peccátis nostris. **X.** In  
sanguine suo.

IN II. VESPERIS.

**Añæ de Laud.** Psalmi  
ut in j. Vesp. de Com-  
muni Apostolorum.

**Capit. et Hymnus ut in**  
j. Vesperis.

**V.** Christus lavit nos a  
peccátis nostris. **X.** In  
sanguine suo.

**Ad Magnif. Añæ.** Acces-  
sistis ad Sion montem, et  
civitatem Dei vivéntis,  
Jerusalem coeléstem, et  
testaménti novi mediató-  
rem Jesum, et sanguinis  
aspersióne melius lo-  
quéntem quam Abel.

**Et fit Comm. Feriæ.**

DIE XXII. MARTII.  
**S. Joseph ab Ari-**  
**mathæa**  
Confessoris. Duplex.  
Omnia de Communi  
Conf. non Pont., præter  
sequentia.

**Oratio.**

**D**Eus, qui nos beáti  
Joséphi Confessóris  
tui ánnua solemnitáte

laetícas : concéde pro-  
pitiós; ut cujus natalítia  
cólimus, étiam actiones  
imitémur. Per Dóminum.

**Et fit Comm. Feriæ.**

**In j. Nocturno, Lectio-**  
nes. Justus si morte. de  
Comm. Conf. non Pont.  
j. loco.

**In II. Nocturno.**

**Lectio iv.**

**Ex S. Joann. Chrys. in**  
Matth. c. xxvij.

**I**C erat Joseph, qui  
quamvis prius oc-  
cultaréatur, rem  
tamen post mortem Chri-  
sti subiit árduum; non  
enim ignobilis quidem  
erat, neque ignótus, sed  
ex concilio unus, atque  
insignis. Unde fortitudo  
eius máxime admiránda  
est, cum propter amórem  
Jesu periculum mortis  
suscéperit, et universó-  
rum se ódio tradiderit.  
Exánime quippe corpus  
Jesu pétere ausus; non  
ante déstitut, quam im-  
petrávit; nec solum án-  
num ejus, quia petit, et  
sepúlcro trádidit, sed quia  
in novo, atque suo sepeli-  
vit monuménto, cognósci-  
mus: quæ res non témere  
accidit, sed divinitus fuit  
dispensata, ne álium, non  
Christum surrexisse, suspí-  
cio fieret. **X.** Honéstum.

**Lectio vi.**

Serm. Ven. Bedæ Presb.  
Lib. iv. in Matth. cap.  
xxvij.

**J**oseph ab Arimathæa dives refertur, non de jactantia Scriptoris, qui virum nobilem, atque ditissimum, referat, Jesu fuisse discipulum; sed ut ostendat causam, quare a Pilato corpus Jesu potuerit impetrare; accepto corpore Jesu, involvit illud sindone munda, et ex simplice sepultura Domini, ambitio dvitum condemnatur, qui ne in tumulis quidem possunt carere divitiis, quamquam et hoc significet, quod ille in sindone munda involvat Jesum, qui pura eum mente suscepit.

**R. Amávit.**

**Lectio vij.**

**J**oseph ab Arimathæa (ipsa est Ramáthaim civitas Elcánæ, et Samuélis in regione Jannitica juxta Dióspolim) accedit ad Pilátum, et pétit corpus Jesu; magnæ quidem iste dignitatis ad sæculum, sed majóriss apud Deum mériti, fuisse laudatur, ut per justitiam meritórum sepeliendo corpore Dominicó dignus foret, et per nobilitatem

potentiae sæcularis, idem corpus accipere posset; non enim quilibet et ignotus ad præsidem accedere, et crucifixi corpus poterat impetrare.

**R. Iste homo.**

In III. Nocturno  
Lectio sancti Evangeli secundum Matthæum.

**Lectio viii.** Cap. xxvij.  
**I**n illo tempore: Cum sero factum esset, venit quidam dives ab Arimathæa nomine Joseph. Et reliqua. Homilia sancti Ambrósii Episcopi. Serm. iij. de Sepulcro Domini nostri Jesu Christi.

**B**Etinet vestra dilectio, fratres, quod alibi diximus: Quia non minor glória est, quod tumulus Joseph suscitáverit Dóminum, quam quod sanctæ Mariæ úterus procreárit; sed fortasse quis dicat: Quæ comparatio ventris ac tumuli, cum illa ex intimis viscéribus ediderit filium, hic autem solūmodo locum præstiterit sepulturæ? at ego dico non minorem, ex hoc scilicet, Joseph afféctum fuisse, quam Mariæ siquidem illa útero Dóminum, hic corde concépit. **R. Iste.**

**Lectio viij.**

**I**lla Salvatóri membrorum suorum secrétum prestitit; hic secrétum sui cōporis non negávit: illa Dóminum pannis involvit, cum natus est; hic linteis, cum recéssit: illa perúxit beatum corpus óleo; hic aromatibus honorávit. Convénient ergo sibi obséquia, cónvenit et afféctus: unde necessárium est, et méritum ex hoc saltem convenire, nisi quod Angelus Maríam ad obséquium admónuit; Joseph autem sola justitia persuásit.

**R. Sint lumbi.**

Lectio ix. de Homilia et Commem. Feriæ.  
Te Deum laudámus.

DIE XXIII. MARTII.

**S. Victorianus**

**Martyris. Duplex.**

Angelopoli.

Omnia de Comm. unius Mart. juxta varietatem temp., præter sequentia. Et fit Commemoratio Feriæ.

In Quadrag. in j. Nocturno, Lect. Fratres, Debitores, de Communi plurim. Mart. cum R. de Comm. unius Mart.

In ij. Nocturno, Lectio-

nes. Triumphális. de Communi j. loco.

In iij. Nocturno, Lectiones de Homilia in Evang. Nolite arbitrári. ut in Festo S. Bartholomæi Gutierrez, p. 6\* hujus Proprii.

Lectio ix. de Homilia et Commem. Feriæ.

Si Festum transferatur in tempus Paschale, erunt Lectiones in j. Nocturno de Scriptura occurrente.

In ij. Nocturno. Dignum et cōgruum. de Communi j. loco tempore Paschali.

In iij. Noct. de Homilia in Evang. Nolite arbitrári. p. 6\* hujus Proprii, cum R. de Communi Mart. temp. Pasch.

DIE XXVI. MARTII.

Commemorationis

SS. Reliquiarum

quæ asservantur in Eccl.

Cathedr. Angelopolitanæ.

Duplex.

Omnia de Communi plur. Martyrum pro varietate temp. præter sequentia.

Oratio.

**D**eus, qui hanc sacrosanctam Ecclesiæ tot voluisti Sanctorum decorari reliquis: con-

30\* DIE 26 MART. — COMMEM. SS. RELIQUIARUM.

céde nobis fámulis tuis;  
ut quorum memóriam  
venerámur in terris, eó-  
rum consortio perfruá-  
mur in cœlis. Per Dómi-  
num nostrum.

**Alia Oratio pro Ordine**  
**B. M. de Mercede.**

**Oratio.**

**A**uge in nobis Dómine  
resurrectionis fidem,  
qui in Sanctórum tuó-  
rum reliquias mirabilia  
operáris : et fac nos im-  
mortális gloriæ partici-  
pes, cujus in eórum cinéri-  
bus pignora venerámur.  
Per Dóminum.

**Et fit Commem. Feriæ**  
**in Quadrag.**

**In iij. Nocturno, Lectio-**  
**nes de Scriptura occur.**

**In Quadrag.** Fratres,  
Debitores de Comm. plur.  
Mart. j. loco.

**In II. Nocturno.**  
Ex Tractátu sancti Joán-  
nis Damascéni de fide  
orthodoxa.

**Lib. 4. cap. xvj.**  
**Lectio iv.**

**G**Hristus Dóminus  
Sanctórum reli-  
quias velut salu-  
tiferos fontes præbuit, ex  
quibus plúrima nobis  
beneficia manant, sua-  
vissimúmque unguéntum  
prófluit. Nec verc quis-  
quam huic sermóni fidem

détrahat; nam si aqua  
in desérto ex áspéra et  
sólida rupe, atque ex  
ásini maxilla ad sedán-  
dam Samsónis sitim,  
Deo ita volénte, prosi-  
liit, erítne cur cuíquam  
incredibile videáatur, ex  
Mártirum reliquias suá-  
ve unguéntum scaturíre?  
Mínime certe; iis qui-  
dem, quibus Dei poténtia  
honórque, quo Sanctos  
suos afficit, perspéctus  
et explorátus est. Atque  
illud quidem véteri lege  
comparátum erat, ut  
quisquis mórtuum conti-  
gisset, immundus censem-  
réatur; verum hi in mor-  
tuórum númeru mímine  
habéndi sunt.

**¶. Sancti tui.**

**Vel ¶. Lux perpétua.**  
**Lectio v.**

**E**X quo enim ípsamet  
vita ac vitæ Auctor  
inter mórtuos ascriptus  
est, eos, qui in spe resur-  
rectionis fideique erga  
eum diem extrémum clau-  
sérunt, mórtuos haud-  
quáquam appelláamus.  
Qui enim mórtuum cor-  
pus mirácula édere que-  
at? Per eos dæmones ex-  
pelluntur, m̄ribi profli-  
gántur, ægróti sanántur,  
cæci prospiciunt, leprósi  
mundántur, tentationes

DIE 20 APR. — S. AGNETIS DE MONTE POLIT. 31\*

ac mœrōres discutiún-  
tur, ac déniqe omne  
donum óptimum a Pa-  
tre lúminum, eórum ópe-  
ra, ad eos qui fide mí-  
nime dúbia póstulant,  
descéndit. Quid non la-  
bóris suscipias, ut pa-  
trónum quemdam nan-  
ciscáris, qui te mortáli  
regiofferat, actuonómíne  
ad eum verba faciat? An  
non ígitur hi honorándi  
sunt, qui totius humáni  
géneris patrónos se pro-  
fitentur, ac Deo nostra  
causa supplicant?

**¶. Vérbera.**  
**Vel ¶. In servis suis.**

**Lectio vi.**

**H**onorándi certe, et  
quidem ita, ut in  
eórum nómíne templa  
Deo exstruámus, dona  
offerámus, eórum memó-  
riam colámus, atque in  
ea spirituáliter oblecté-  
mur; quo nimírum lætítia  
nostra iis, a quibus  
invitámur, cóngruat, ne,  
dum eos cólere et deme-  
réri studémus, offendá-  
mus pótius et irritémus.  
Quibus enim rebus Deus  
cólitur, iisdem quoque  
servi ipsíus oblectántur :  
quibus autem Deus offéndit,  
iisdem étiam ipsíus  
mílités offendéntur. Quo-  
circa in psalmis, et hym-

nis, et cántibus spirituá-  
libus, et compunctióne,  
et eórum, qui in egestáte  
versántur, commiserati-  
one, quibus obséquis Deus  
potíssimum conciliátur,  
sanctos colámus; státuas  
ipsis et visíbiles imágines  
erigámus; imo ipsi vir-  
tutib⁹ eórum imitándis  
hoc consequámur, ut vi-  
væ eórum státuæ atque  
imágines simus.

**¶. Tamquam aurum.**  
vel Filia Jérusalem.

**In iij. Nocturno, Homilia**  
**in Evang. Descéndens**  
**Jesus. de Comm. iij. loco;**  
**etiam tempore Pasch.,**  
**cum ¶. de eodem**  
**tempore.**

**In Quadr. Lectio ix. de**  
**Homilia Feriæ et ejus**  
**Comm. in Laud.**

DIE VI. APRILIS.  
Beatæ Julianæ  
Cornelionensis

**Virg. Duplex.**  
**Omnia ut inter Festa**  
**pro aliquibus locis, die v.**  
**Aprilis.**

DIE XX. APRILIS.  
S. Agnetis de Monte  
Politano  
**Virginis. Duplex.**  
**Omnia de Comm. Virg.,**  
**præter seq.**

**Oratio.**

**D**eus, qui beatam Agnetem Virginem tuam coelesti rore saepe perfundere, et orationis ejus loca diversis enatis floribus decorare dignatus es: concende propitius; ut ejus precibus perpetuo tuae benedictionis rore conspersi aeternitatis fructus percipere mereamur. Per Dominum.

In i. Nocturno, Lectio-nes de Scriptura occur-

In II. Nocturno.

**Lectio vi.**

**G**nethis de Monte Politiano ordinis sancti Dominicis virginis integerrimae nativitatem faces divinitus accensae in cubiculo matris illustrarunt. Claustrale institutum amplixa est nono aetatis anno: et quintumdecimum necdum egressa, summi Pontificis jussu monialibus in vita praefecitur. Ejus lectulus nuda humus, cervical saxum fuit: et quindecim annos in pane et aqua jejunavit. Saepe inter orandum, nec major annis quatuordecim, a terra cubito tollebat: ejusque pallium roris candidi guttis, quae crucis effigiem singulare refer-

bant, respergebatur: ac locus, ubi genua fixisset, subito pulcherrimis floribus ornabatur.

**R.** Propter.

**Lectio v.**

**A**sacra Deipara Iesum forma lactentis pueri orans excipit: eumque aliquamdiu sinu complexa, parvulam crucem tenui filo nexam ab ejusdem collo detrahit. Terram quoque Christi sanguine in passione fusco cruentatam divinitus accipit, ac frustum pelvis, ubi ipse infansculus Jesus a Virgine Matre fuit ablatus. Sed et sancti Apostoli Petrus et Paulus particulis suarum vestium eamdem pro magno munere donarunt. Saepe eidem Angelus Eucharistiam sua manu porrexit.

**R.** Dilexisti.

**Lectio vii.**

**V**irtutibus et miraculis illistris, ac pretiosa virginitatis corona redimita migravit in celum, anno milllesimo trecentesimo decimo septimo. Cum sancta Catharina Senensis, quae a Deo premonita jam ante fuerat, parem se gloriam cum sancta Agneta in celis habituram, ejus

corpus integrum atque incorruptum sepulcro servatum inviseret, ac ejus pedes deosculari vellet; Agnes alterum pedem extulit ad os usque Catharinæ: quæ cum alio etiam tempore reversa, se ad caput Agnetis demisisset, manna instar nivis toto illo loco pluere coepit. Denique ipsam beatam virginem Agnetem miraculis claram, Benedictus decimus tertius ordinis Prædicatorum, sanctarium Virginum numero ascripsit.

**R.** Afferentur regi.

In iij. Nocturno, Homilia. Sæpe vos. de Communi Virg. j. loco.

DIE XXI. APRILIS.  
**S. Maximi**

Martyris, cuius Reliquia asservatur in Alma Eccl. Angelopolitana.

Duplex. Ibid.

Omnia de Communi unius Mart. tempore Paschali.

**Oratio.**

**P**raesta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui beati Maximi Martyris tui natalitia colimus, intercessione ejus in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

In i. Nocturno, Lectio-nes de Scriptura occur-rente.

In ij. et iij. Noct. Lect. de Communi unius Mart. tempore Paschali. j. loco.

Si celebretur extra tem-pus Pasch. Lect. ij. Noct. Triumphalis. iij. Noct. Homilia. Quia Dominus ac Redemptor. de Comm. ij. loco.

DIE XXIV. APRILIS.

**S. Boni Latronis**  
Conf. Duplex.

Omnia ut inter Festa pro aliquibus locis ea-dem die.

SABBATO  
ANTE DOM. III. P. PASCHA.  
**Gaudiorum**

**B. M. V. Dupl. ij. class.**  
Angelopoli.

Omnia ut in Festis B. M. V. ritu paschali, præter sequentia.

In utrisque Vesperis ad Magnif. et ad Laudes ad Bened. Aña. Regina cœli lætare, alleluia: quia quem meruisti portare, alleluia: resurrexit, sicut dixit, alleluia: ora pro nobis Deum, alleluia.

**Oratio. Concide.**

In I. Nocturno.

De Canticis Canticorum.

**Lectio i.** **Cap. v.**

**V**eniat diléctus meus in hortum suum, et cōmēdat fructum pomórum suórum. Veni in hortum meum soror mea sponsa, mēssui myrrham meam cum aromatib⁹ meis : comédi favum cum melle meo, bini vinum meum cum lacte meo : comédi-te, amici, et bibite, et inebriámini, caríssimi. Ego dórmino, et cor meum vīgl̄at : Vox dilécti mei pulsántis : Aperi mihi, soror mea, amica mea, colúmba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, et cincin-ni mei guttis nōctium. Péssulum óstii mei apé-rui dilécto meo : at ille declináverat, atque transierat.

**R. Sancta.****Lectio ii.** **Cap. v. et vij.**

**Q**uo abíit diléctus tuus, o pulchérrima mulierum? Quo declinávit diléctus tuus, et quae-rémus eum tecum? Diléctus meus descéndit in hortum suum ad areolam arómatum, ut pascátur in hortis, et lilia cōligat. Ego dilécto meo, et diléctus meus mihi, qui páscit

tur inter lília. Pulchra es, amica mea, suávis, et decóra sicut Jerúsalem : terribilis ut castrórum ácies ordináta. Avérte óculos tuos a me, quia ipsi me avoláre fecérunt. Capilli tui sicut grex caprarárum, quæ apparérunt de Gálaad. Dentes tui sicut grex óvium, quæ ascendérunt de lavácro, omnes gemélis foetibus, et stérilis non est in eis.

**R. Congratulámini.****Lectio iii.** **Cap. viij.**

**Q**uis mihi det te frā-trem meum sugéntem úbera matris meæ, ut invéniam te foris, et deósculer te, et jam me nemo despiciat? Apprehéndam te, et ducam in domum matris meæ : ibi me docébis, et dabo tibi poculum ex vino condítō, et mustum malórum grana-tórum meórum. Læva ejus sub cápite meo, et déxtera illius amplexábitur me. Adjúro vos, filiae Jerúsalem, ne suscitétis, neque evigiláre faciátis diléctam, donec ipsa ve-lit. Quæ est ista, quæ ascéndit de desérto, delíciis affluens, innixa super diléctum suum? Sub árbore malo suscitávi te : ibi corrúpta est mater

tua, ibi violáta est géni-trix tua.

**R. Beáta es.**

In II. Nocturno.

Sermo sancti Augustíni

Episcopi.

In Assu. B.M.V. Serm. ij.

**Lectio iv.**

**G**oquámur áliquid, fratres, in láudi-bus sacratissimæ Virgini-s. Sed quid nos tantillí? Quid actiōne pu-silli? Quid in ejus láudi-bus referémus, cum etsi omnium nostrum membraverteréntur in linguis, eam laudáre sufficeret nullus. Altior cœlo est, de qua lóquimur; abyss⁹ profundiōr, cui laudes di-cere conámur. Hæc est enim, quæ sola méritus Mater et Sponsa vocári : hæc primæ matris damna resolvit : hæc hóminī pér-di-to redemptiōnem addúxit. Mater enim géneris nostri pœnam intulit mundo; Génitrix Dómini nostri salutem édedit mundo. Auctrix peccati Heva, auctrix mériti María. Heva occidéndo óbfuit, María vivificando profuit : illa percussit, ista sanávit.

**R. Sicut.****Lectio vj.**

**O** Felix María, et om-ni laude dignissima! O Virgo Dei Génitrix gloriósa! O sublímis puérpera, cujus viscéri-bus auctor cœli terræque committitur. O felicia óscula lacténtis lábiis im-præssa! Cum inter crebra

**Lectio v.**

**H**æc enim mirábili atque incestimabili modo omnium rerum et